



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

2. Exceptio praescriptionis quae? quo jure & fine inducta? Praescriptio cum mala fide, num jure Canonico locum habeat? quod tempus legitimum ad praescribendum contra supremos principes, supremas ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

quod non satis dederit. &c. Causam, veluti libelli inepti & obscuri, ineptæ cumulationis, pacti de non petendo intrâ certum tempus, pl<sup>o</sup> petitionis litis pendentes, præiudicii, excussionis & ordinis &c. Quæ exceptiones ante litem contestatam proponendæ sunt, nec proponendæ duntaxat, sed & probandæ, quia in exceptionibus reus censetur actor *L. 1. ff. h. t. L. in exceptionibus ff. de prob.* Sed an aliæ quoque, sic est, quoad eas, quæ desumuntur ex persona Judicis & litigatorum *L. de ætate. 11. §. ex causa ff. de interrog. act.* Peremptoriæ regulariter ante & post litem contestationem usq; ad sententiam definitivam proponi possunt. *L. 2. C. sententiam rescindi non posse. L. prescript. C. h. t. quin imò: certæ sunt peremptoriæ exceptiones, quæ post sententiam definitivam, & quidem postquam illa in rem iudicatam transit, opponi possunt, & oppositæ probatæque executionem impediunt. quæ recensentur à *Gl. in L. de jur. & fact. ignor.* Huiusmodi est *sc. Maced. & Vel.* Vide plenius *Canisius lib. 4. t. 4.**

2. Exceptio præscriptionis à lapsu temporis

M 5

poris

poris desumitur. estq; adeptio domini  
 per continuationem possessionis tempo-  
 re à lege definito *L. 3. ff. de usurp. & usucap.*  
 introducta est, à jure civili, ne dominium  
 aliquarum rerum ferè semper incertum  
 esset, *L. 1. ff. de usucap.* & limites intermi-  
 nabiles *L. ult. ff. pro suo.* utq; in rebus suis  
 curandis homines diligentiores essent.  
*cap. vigilant. de prescript.* Jus autem Ca-  
 nonicum præscriptionem cum mala fide  
 non admittit: cum bona admittit, dum  
 secundum illam disponit *16. q. 3. & cap. San-  
 etorum. de presc.* Unde res aliena bonâ fide  
 præscripta retineri potest in conscientia,  
 etiamsi mala fides superveniat, quia  
 translatum est eius dominium in præscri-  
 bentem, ab Imperatore vel alio habente  
 ad id potestatem, sicut in delictis ita & in  
 aliis casibus bonum publicum cõcernen-  
 tibus: idq; etiamsi dominus negligens no-  
 tabiliter non fuerit, quia præscriptio non  
 solùm introducta est in negligentia præ-  
 nam: ex plurium DD. opinione: modò  
 tempus ad præscribendum legitimum non  
 desit, quod quidem in diversis diversum  
 est. Contra supremos Principes sola cen-  
 ten-

tenalis præscriptio admittitur, ut refert  
*Alex: consil: 84. n. 2.* sicut contra Rempub:  
 superiorem non agnoscens *Socin. con-*  
*sil: 86. n. 12.* Solam etiam centenalem con-  
 tra Ecclesias admiserat Justinianus. *in L.*  
*23. ut inter divinum C. de sacros: Eccles:* sed  
 postea loco illius substituit quadragen-  
 alem *in auth. constitutio coll: 8.* quæ tamen re-  
 strictio non procedit contra Ecclesiam  
 Romanam: unde Irnerius authenticarum  
 ordinator *in authent. quas actiones appo-*  
*suit clausulam, sola Ecclesia Romana gauden-*  
*te centum annorum spatio vel privilegio,* for-  
 tasse quia lex nova generaliter loquens  
 de Ecclesiis, non trahitur ad casum Ec-  
 clesie Romanæ anteriori lege specialiter  
 provisum; iuxta *Gl: in L. sciendum. ff. qui sa-*  
*tis dare: cog:* Jure autem Canonico expressè  
 statutum est adversus alias Ecclesias quad-  
 raginta annis præscribi *cap. de quarta cap: il-*  
*lud. & cap. quia. de præsc:* adversus Roma-  
 nam non nisi centum. *cap: ad audientiam.*  
*cap. cum nobis. & cap: si diligenti in fin: eodem.*  
 Ratio, quia hæc est omnium Ecclesiarum  
 caput, & in ea est apex summi Pontificat<sup>o</sup>.

3. Alia legitimæ præscriptionis condi-